

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Odium r  
cum uariis

Perfectum odium est homines diligere et eorum uicia semper horrere. Nam in illa parte qua creatura Dei sunt, amandos esse non dubium est; in illa iniquitate horrendi sunt in qua se polluerunt. Tales placere non possunt, nisi eis qui factis similibus implicantur.

Cassiodorus super illud Psalmi: Perfecto odio oderam illos.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

creatura] creature M; iniquitate] inquitate B; implicantur] replicantur V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>